

quaemadmodum olim in sanitate, siveque
retineantur, ut nimis nec premantur, nec
laxentur; adurentia, stipica, adstringen-
tia vitando; in primis vero curando,
ut in omni parte aequabiliter prematur
vulnus. Quae omnia obtinentur peractis,
quae descripta ab, (41. ad 72.) & dein
imposito leni desiccante medicamento;
denique cicatricem spirituosis abluendo.

H A E M O R R H A G I A.

218. Si cruor manat ex vulnera multus
per suas (159. 160.) causas, si-
stitur 1. Causticis ignitis. 2. Corrosivis.
3. Adstringentibus. 4. Circumstricto filo.
5. Dissectione integra. 6. Fasciis & sple-
nio pyramidali comprimentibus.

219. Revulsio hic (218.) nihil juvat,
nisi vascula laesa (159.) parva, & pletho-
ra adsit. Eadem de victu, potu, & in-
ternis medicamentis vera sunt: quae au-
tem de haemorrhagia dicta, eadem & flu-
xui ichoris, applicari queunt; licet au-
xilium hic summum in balsamicis crassio-
bus.